



vbo

73

1719. 11.

1719. 11.

D. D.
LÜDERUS MENCKE, JC.
CONSILIA. REG. POLON. ET ELECT. SAXONIÆ,
DECRETAL. PROF. PUBL. ET FACULTAT. JURID.
LIPS. ORDINARIUS.

AD
VENTILATIONEM PUBLICAM
CONTROVERSIARUM
SELECTARUM
JURIS NATURALIS
ET
GENTIUM, PUBLICI,
CIVILIS, FEUDALIS
ET CANONICI,
DIE MERCURII
HORIS ANTEMERIDIANIS
SUSCIPENDAM,
IN COLLEGIO JCTORUM
GENEROSSISSIMOS AC NOBILISSIMOS
JURIUM CULTORES
PER AMANTER
INVITAT.

Equidem Civilia Jura Legi Testamentove deferri haereditates, non Paetionibus, volunt. *L. f. ff. de suis & leg. her.* unde has, tanquam odiosas & cum voto captandæ mortis quodammodo conjunctas, aversantur. *I. 15. I. 30. C. de Paet.* Attamen Germania in Paetis condendis tuendisque tenacissima fides & obser-vantia non tantum inter Conjuges Paetæ dotalia, ad tribuendam successionem, reddidit efficacia. *P. 3. C. El. 19. 20. 22. §. f. 37.* sed etiam illustrium Familiarum felicitatem conventionibus successoris stabilitatem, promovit, incrementisque haud vulgaribus auxit, quod celeberrima Confraternitatum *Cap. Car. VI. art. 1.* Familiarumque antiqua & nova Paetæ, *art. II.* corroborata, evincunt. Hinc Longobardorum Jura Paetis investiturarum vim auctoritatemque plenissimam largientia. *II. f. 2. §. f. II. f. 12.* cum principiis Germanici Juris amicissime conspirant & Simultaneæ Investitura, in futuros even-tus suspensam succedendi potestatem conferentes, agnatis extraneisque, vetustissimis Imperiimoribus, favent. *Lehn R. c. 6. t. 32.* atque diversarum Familiarum Circulorumque usu confirmata sunt. *Ord. Jud. Aul. Ferd. III. t. 3. §.* In welchen Geschlechten. (a) Quo-niam verò Simultaneæ hæc Investitura apud Saxones jus in ipso feudo radicatum complectitur, virtute cuius alienatio illius, absque ista investitura gaudentis consensu, fieri nequit, ipsique facultas revocandi feudum jure successionis, licet Dominus directus in alienationem consenserit, non refuso prelio, competit. Torgau. Auszschreiben. T. Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehnten ein Lehn-Guth, so ohne ihre Bewilligung verkauffet, revociren, und wieder an sich bringen mögen. §. Wann aber. *P. 2. C. El. 49. §. nach Absterben,* idemque, si velit, jure reluendi intra annum, oblato emtori prelio, uti potest. *P. 2. C. El. 48. §.* Da aber. *J. II. f. 26. §.* Titus filios, disputandi enata est occasio: Num simultaneæ investitus, solo in venditionem feudi generali si-versa, ve antecedente siue consequente, consensu, juris suo reluendi renunciaisse ex-De ciso istimetur. Quia in re pro Sententia Negativa pronunciavit Facultas Juridica Lipsiensis Mens-negati Nov. A. 1716. non sine valido, ut opinor, legum rationumque juris praefidio. Quotquot va. ex mera benignitate, aut absque singulari emolumentorum fiducia, sibi Simultaneæ in-vestitus adsciscunt, Literis Reversalibus similibusve modis eos, magna cum circumspe-ctione, sibi obstringere solent, ne, in subsecuturæ alienationis eventum, incommodis impedimentisque onerentur, & libera alias translatione, admisso simultaneè investito, excidant, aut, revocationis casu contingente, se suosve haeredes periculis & detrimentis exponant, evictionis præstandæ necessitate nonnunquam post diuturnum temporis tra-etum emergente. Proinde paetis caveri curant ut consensus, per Reversales interposi-tus, vice specialissima approbationis sit, &, cum ad Simultaneæ investitum delata fuerit, juxta investitura literam, successio, revocandi jus omnino extinguat. Vicissim, quoties vasallus foemini sexus descendantibus, e. g. vidua aliis successioneis incapacibus personis, per redditus feudi, aut etiam alienandi licentiam, consultum it, sibique vover Si-multaneæ investitos, qui onus renovationem investitura petendi subeant, & determina-tis eo nomine lucris fruantur, verum in destinata liberalitate & patrimonii utilitate eos, quibus prospectum cupit, haud remorentr, ipse vinculum simultaneæ investitura solito fortius colligat, paetioque penali haud raro potestatem dissolvendi investitura si-multaneæ jura circumscribit, quo, imminuto, per incidentes vicissitudines, emolu-menti sensu, renovationis investitura molestis onerati, cum derimento commoda feudi percipientium, obligationem contractam haud exuant. Unde salutare est sola-tum, pro conservanda simultanea investitura indultum, eum prudentia constitui, ut singuli successores, redundantis in se utilitatis intuitu potius, quam solis conventioni-bus, in statione, quam nacti sunt, retineantur. Pro sententia verò, quæ memorato Si-multaneæ investiti consensu non extinctum esse jus reluendi adstruit, (b) Primò pugnat, i. quod inter pacientes id agitur, ut consensus Simultaneæ investiti generalis difficulta-tes, ex impetrando ipsius assensu in alienationem futuram metuendas, temperet ven-ditoremque ab incommodo præstandæ evictionis, eum ad eundem devolutus fuerit suc-cedendi ordo, immunem præstet, emtorem vero fecurum reddat, ne in eventum, quo alias

Rat. dec.

- (a) Conf. Schilter. de Investitur. Simult. Princip. c. 2.
 (b) Conf. Christin. V. 6. dec. 23. n. 6. Disp. nostra de Feud. ex Paet. cum simult. invest. alienab. Vol. Diff. 26. tb. 31. Conf. Rosenthal. Syn. Jur. Eud. c. 9. membr. 2. consl. 86. n. 4. Diff. vid. Hartm. Pst. L. 1. q. 12. n. 49. j. n. 57. Conf. Casp. Bitsch. ad text. II. feud. 26. §. Titus filior. not. 15. p. 447. Ludolph. Schrad. d. Feud. Part. 8. c. 4. n. 29. seq.

alias feudum esset ad simultaneè investitum; juxta tenorem investitura, reversuru, illius ablationem, propter salvum jus evincentis, patiatur, & revocatoria actione con-
ventus, lite & proficiscientibus inde detrimentis gravetur. a. II. f. 26. §. *Titus filios. verb.*
omnino removebitur. II. f. 39. Torgau. Auschreib. d.A. 1583. t. Welcher gestalt die Agna-.
ten. §. setzen. C.S. p. 484 Wann ein Lehn-Guth mit Consensu des Lehn-Herrns, und Bewil-
ligung aller Mitbelehnten, so damahls am Leben, verkaufft wird, so soll solches vor kräfft-
ig und beständig geachtet werden, und derjenige, welcher es in der gestalt an sich ge-
bracht hat, fünftiger Revocation halber, ohne Gefahr seyn. Secundò gaudet simultaneè investitus ratione juris succedendi, quod consecutus est, tam jure prohibendi five *negotium regis* propriæ sic dicto II. f. 9. §. *porro. verb. in prohibendo.* quo im-
pedire potest, ne feudum alii vendatur, & desiderare oblatum ab eo, qui emere desti-
navit, pretium sibi denunciari. I. f. *verb. sed ne. C. de Jur. empbyr. P. 2. C. El. 32.* quam
jure retractus five relutionis, virtute cuius, facta translatione feudi in posseforem, ab
ipso intra annum utilem illud reposcitur, oblatu eodem prelio iisdemque conditionibus
adimplitis, quas emtor approbavit, d. text. II. f. 9. §. *porro. II. f. 26. §. Titus filios. d. C. El. pr.*
§. *Wo aber. Rescript. Torgav. d. A. 1583. t. Welcher gestalt die Agnaten. §. So viel*
erstlich die Agnaten und Mitbelehnten. P. 2. C. El. 48. §. Da aber. Licet igitur simultaneè
*investitus per generalem, quem praestitit, consensu facultatem prohibendi alienationem remiserit, non tamen potestate reliundi à possefore prædium feudale se ab-
dicasse creditur. a. l. 25. ff. d. probat. quia exercens jus retractus contractum vendoris*
non impugnat, sed præsupponit, &, conventionis validitate conservata, singulare jus
*exercet; at vendori, qui qualitatem rei feudalis & simultaneè investitorum prærogati-
vam non dissimulavit, siuum jus usurpando, haud nocet, siquidem omnes emtionis*
venditionis conditiones suscipit, emtoremque indemnem hac in parte præstat, &, dum
*jure suo utitur, nemini injuriam facit. I. 13. §. 1. ff. d. *injur.* non secus atque, ob jurium di-
versitatem, is quoque, qui feudum emere recusat, à jure revocandi illud, delata succes-
sione, haud arcetur. (c) *Tertiò* simultaneè investitus justum rei, quæ venditur, pretium
facile ignorat, cum in alienorum bonorum estimatione error tolerabilis sit. a. l. f. §. 1. ff.
prosuo. adeoque, in translationem illius consentiendo, facultatem redimendi, anno de-
mum lapsu extinguidam, in dubio remisissé haud existimatur. Quemadmodum enim
creditor sciens pignus distrahi, dum passus est illud venire, jus pignoris dimisissé non in-
telligitur, optime gnarus ubique pignus durare l. 8. §. 15. ff. quib. mod. *pign. vel hyp. solv.* j.l.
15. C. de distracti. *pign.* ita quoque simultaneè investitus, venditionem sua contradictione
non impediendo, aut in eam generaliter consensum præstando, suam prohibendi licen-
tiā excludit, verū retrahendi potestate se non exuit, specialibus venditionis
conditionibus perspectis, deliberatus, urrum, intra indulatum ad deliberationem anni
spacium, emere, an possessori emtum relinquere, malit; siquidem prohibendi &
reliundi jus sunt separata, & priore deficiente postremum adhuc salvum esse existimatur.
a. l. 21. ff. d. S. P. U. l. 91. d. R. J. Sæpe erga emtorem specialis affectus, pretii caritas aut
tenuitas, conditionum adjectarum gravitas levitasve, ad redemtionem invitat vel ab ea
avocat, de quibus omnibus judicandi facultas deficit tempore praestiti generalis consen-
sus; quem qui exposcit, sibi imputet, quod peculiari determinatione arbitrio reliundi,
si potuit, non curavit renunciari. a. l. 25. ff. d. probat. j. l. 39. ff. d. paef. conf. P. 2. C. El. 32. §.
Wo aber soldæ Denunciation. Reliquum est ut Difsentientium quoque rationes ex-
Refol.
cutiamus, qui nituntur (D) generalitate Juris Feudalis, hoc enim vendorum feudi agna-
to potestatem recuperandi illud, redditio pretio, largitur, additque verba expressa:
quodsi consenserit alienationi, aut per annum, ex quo scivit, tacuit, omnino remove-
bitur. II. f. 26. §. *Titus filios.* exæquat itaque consensus, generaliter expressus, quo-
ad effectum, lapsu anno, quo perire retrahendi arbitrium conflat. Sed quia gene-
rali concessione non comprehenduntur ea, quæ quis non est verisimiliter in specie con-
cessurus. c. 81. d. R. J. in 6. &, quæ insigne pariunt præjudicium ac notabiliter fünt, nisi
specialiter mandentur aut exprimantur, omissa esse censentur. l. 25. §. 5. ff. de acquir. vel
om. her. j. l. 15. §. 23. ff. de *injur.* etiam simultaneè investitus, qui juris retractus speciale
non injectit mentionem, illi haud renunciassæ putatur, nisi evidentem intentionis sua
declarationem fecerit; quandoquidem de singulari isto jure remittendo non creditur
cogi-*

(c) Rosenth. *Syn. feud. c. 9. membr. 2. concl. 91. n. 25.* Dn. Horn. *Jurisprud. Feud. c. 20. §. 14.* Matth. d.
Afflct. ad text. II. f. 3. t. per quos fiat investitura. §. sed & res. n. 4. p. m. 264. Hartm. Pistor.
l. 1. q. 12. n. 46.

cogitasse. a. l. 4. §. 4 ff. si quis cauit. in jud. sif. caus. fact. agnatus autem, ut reliundi jus suo consensu abdicasse intelligatur, notitiam subfratrum materiarum convenientem nactus esse debet, per confuetam pretii indicationem. II. f. 3. §. 1. verb. pro aliqui pretio accipere volenti. I. f. C. d. jur. empb. verb. attestacionem domino transmitti & predicere quantum premium ab alio revera accipi potest. quod de usurpando aut repudiando retractu, satis de circumstantiis informatus, deliberare ac decernere poruerit. a. c. constitutus. 8. X. de in integr. rest. verb. fecite os contractui consentire. I. 19. inf. ff. d. inoff. testam. (d) Urgent alter sentientes (2) quod in alienationem consentiens ipse alienasse existimetur. a. l. 8. §. 1. C. d. inoff. donat. proinde, qui consensit in illicitem donationem, eandem fecisse quodammodo judicatur. d. l. & creditor, qui consensit in rei oppignorata venditionem à debitorum factam, pignus dimisisse existimat. I. 15. 8 ff. R. J. l. 11. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solv. At intercedit inter alienantem & alienationi consentientem vera ac notabilis diversitas, ille enim, non hic, de evictione tenetur. I. 13. C. d. evict. illicitus autem actus etiam illi, qui consensit, nonnunquam imputatur, quoties suo dissensu impedire potuit debuitque, ne quid in fraudem legis prohibitive susciperetur. I. 3. §. f. ff. d. donat. int. vir. & uxori. Contrarium tuentes adducunt (3) favorem conservandorum in dubio actuuum, I. 80. ff. d. V. O. studium contradictionem evitandi. c. 16. X. d. testib. quam implicare videtur consensus in venditionem, reliendo ab eo, qui consensit, postea rescindendam, & culpam in genere consentientis, anlaque, istam generalitatem ad quosvis alienationum casus protrahendi, praebentis. I. l. §. 1. ff. d. legar. præst. Verum enim verò venditio ab illo, qui destinationem redimendi legitimè exequitur, haud evertitur; saltem, ob jus simultaneè investito datum, ipse in locum prioris substituitur, neque ullam contradictionem involvit consensus ejusdem in alienationem, qua efficit ut contractus subsistat. a. l. 1. §. 2. ff. quod quisque jur. in alt. stat. non tamen irrevocabilis, cum prejudicio istius, qui retrahendi potestatem habet, fiat; quia hic se à retractu exclusisse, ob strictam remissionis iurium interpretationem, non intelligitur. I. 25. ff. d. probat. Sufficient tradita de controversia speciali, generalius Controversum Naturæ & Gentium, Publicum Romano-Germanicum, Civile, Feudale & Canonicum Jus, occasione Gymnaasi mei Polemici, ventilare desiderarunt Viri Juvenes Generofissimi atque Nobilissimi, qui tam in Decus & Splendorem Familiarum nati, quam virtute sua ad fiduciam & spem condecorandi Rempubl. eluctati, vires suas experiri eo ordine, quem fortis designavit arbitrium, decreverunt, quandoquidem defendet.

Dn. FRIEDERICUS de ZEDLIZ, Eques Siles. Jur. Nat. & Gent. Disp. I. II. III. Jur. Civ. X. XI. XII.

Dn. WILHELMUS ZACHARIAS CRAMER, Lips. Jur. Publ. Disp. I. II. III. Jur. Civil. VII. VIII. IX.

Dn. GOTTFRIED GRÆVIUS, Lips. Jur. Civ. Disp. I. II. III. it. XIII. XIV. XV.

Dn. M. ANTONIUS AUGUSTUS HEYLAND, Lips. Jur. Civ. Disp. IV. V. VI.

Dn. CHRISTOPH FRIEDERICUS L. BARO de & in TANN. Jur. Civ. Disp. XVI. XVII. XVIII.

Dn. FRIEDERICUS CAROLUS VOIT à SALZBURG, Eques Francus. Jur. Feud. Disp. I. II. III. Jur. Can. Disp. I. & II.

Sicuti autem Respondentium, ita quoque Opponentium partes exornare, pro virili sua, studebunt, extraeorum opera subinde admissa. Itaque Generofissima atque Nobilissima Studiose Juventutis Concio Actibus Disputatoriis, qui diebus Mercurii habebuntur, quoties pro valvis publicis indicati fuerint, sua frequenti præsentia decus addere haud gravabitur, id quod excitandæ & promovenda in hac Palæstra desudantium industria ser Viet, & non ingratam apud singulos pariet amoris, in optimam atatem collati, etiam post diurnum temporis intervallum, recordationem. P. P. Dominica Trinitatis. An. MDCC XVII.

(d) Reink. d. Retract. consanguinitat. q. 2. n. 195. Fichard. V. 2. Confil. 34. n. 10.

TYPIS IMMANUELIS TITII.

Leipzig, Diss., 1717

ULB Halle
004 089 758

3



4

5b.

Vd 18

B.I.G.

Black

Farbkarte #13

White

3/Color

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimeters
Inches



13
obgo
S. S. A.
D. D.
LÜDERUS MENCKE, JC.
CONSILIA. REG. POLON. ET ELECT. SAXONIÆ,
DECRETAL. PROF. PUBL. ET FACULTAT. JURID.
LIPS. ORDINARIUS.
AD VENTILATIONEM PUBLICAM
CONTROVERSIARUM
SELECTARUM
JURIS NATURALIS
ET
GENTIUM, PUBLICI,
CIVILIS, FEUDALIS
ET CANONICI,
DIE MERCURII
HORIS ANTEMERIDIANIS
SUSCIPENDAM,
IN COLLEGIO JCTORUM
GENEROSSISSIMOS AC NOBILISSIMOS
JURIUM CULTORES
PER AMANTER
INVITAT.